# Heves Megyei Levéltár

# Egri Káptalan Hiteleshelyi Levéltára

# XII-1/41 No. 947 489rv folio

# 1778

expensarum Solenniter, eq. protestantur. Quam protestati-
onem cupiunt Prothocollo inseri, et Solitas Testimoniales extra- 489.
dari Superqua ejusmodi modalitate praedeclarata, riter
posita, ac nobis sicut praemissum est:/ Scripto ad authenticandum
exhibita Protestatione, Contradictione, et Reclamatione
praesentes Literas nostras Testimoniales, Sigilli nostri Capi-
tularis usitati, et authentici munimine roboratas, ipsi-
um eorundem exponentium futura pro Cautela necessari-
as extradandas esse duximus, et concedendas, Communi Suadente
Justitia Datum Agriae Feria Quarta, proxima ante
Dominicam Tertiam post Pascha, in diem Sextam Mensis
May incidente. Aᵒ. Dominicae Incarnationis Millesimo,
Septingentesimo Septuagesimo Octavo.

Annō 1778. Die ~~Apr.~~ Cum originali Comparatum
29 Aprilis. Nobilium Junioris Jo-
annis, et Georgij religvorumq. omnium Hegedüs medio Man-
datarij Suorum Egregij quippe Michaelis Magyar facta Pro-
testatio.

Nos Capitulum Cathedralis Ecclesiae Agriensis etc. 947.
Quod Egregius Michael Magyar Nobilium Junioris, Joan-
nis, et Georgy religvorumqve omnium Hegedüs Compossessorum
videlicet Possessionis Sajol Legitimus Mandatarius De ema-
nationis praesentium nostrum personaliter veniens in Conspe-
ctum per modum, et formam Solennis Protestationis Contra-
dictionis et Prohibitionis detexerit, qvam ejusmodi Pro-
testationem Contradictionem, et Prohibitionem Latino
Idiomate confectam, et in Stilum redactam Scripto nobis
ad authenticandam exhibuit tenoris Seqventis: Nomi-
nibus, et in Personis Nobilium Junioris Joannis, et Georgij
religvorumq. Jus foventium omnium Hegedüs Compossesso-
rum videlicet Possessionis Sajol Hottibus Hevs, et Exter
Szolnok arliter unitis adjacentis, Coram V. Capto Agrien
detegitur Seqventibus: Qvaliter sibi pro certo constaret
qvod Fassioni illi Perennali, qvam Nobilis Domina Hele-
na Hlia Michaelis cond Fehér Super Portione Sua, et
Prolis Suas concernente in eadem Possessione Sajol habita,
Egregyo Joanni Feher, Consortiq. ejusd. Nobili Domina Annae
Hilko Annis abhinc Superioribus Coram eodem Vapto
celebraverat, Nobiles Senior, et Junior Stephanus, Joannes
item Antonius, Mathias, Josephus, Mattheus et Petrus omnes
omnino Hegedüs, Compossessores videlicet attacta Possessionis Sajol
Solenni Juris Protestatorij remedio, Contradictionisq. velamine
obviaverint, Cujus modi nempe Sustentativi Juris praecautioni
ut ipsi qvoq. moderni Protestantes, praemissis eorundem antela-
torum protestantium vestigiis in optima Juris forma in-
sistendo, ultro pariter pro non consentientibus, Actumq.
illum Contradictionis pro Renevantibus declarati habeantur,
Successivisq. temporibus Subsumi neqveant, eq. Sicut praespeci-
ficati Congenerationales Sui, Protestantur, Contradicunt, in et pro-
hibent, Reservantes omnimodum Jus ad Rem, et Juris Caatehae

perenda

petendo Protocholo inseri, Authenticasq. desuper Testimoni
ales extradari. Superqua ejusmodi modalitate praedeclara
ta interposita, ac nobis ./. ut praemissum est ./. Scripto ad au-
thenticandum exhibita Protestatione Contradictione, in et
prohibitione praesentes Literas Nostras Testimoniales Sigilli
nostri Capitularis usitati, et authentici munimine roboratas
jurium eorundem Exponentium futura pro cautela neces-
sarias extradandas esse duximus et concedendas, communi sua-
dente justitia. Datum Agriae Feria Quarta proxima
ante Dominicam Secundam post Pascha, in Diem Vigesi
mam Nonam Mensis Aprilis incidente. Anno Dominicae
Incarnationis Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Octavo.
43. Cum originali Comparatum
948. Anno 1778. Die 8va Maij Agilis Georgius Ģia[illegible]
alias Talián Praecus Quaestor Agriensis in Capitu